

20
ANNO 1741.
Sublatis aliter iudicandi facultate.
Derogationes
seculares & quæsto non tollendo, necnon prædictis Innocentii, Nicolai, & Sixti Prædecessorum nostrorum quoad præmissa dumtaxat, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Ordinis Hospitalarii Sancti Spiritus in Saxia, illiusque Præceptoriarum, Prioratum, & Conventuum, ac Monialium Monasteriorum in Hispaniarum, & Poloniæ Regnis prædictis existentium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia respectivo roboratis statutis, consuetudinibus, stabilimentis, usibus, naturis, erectionibus, & exemptionibus, privilegiis quoque, indulgentiis, & literis Apostolicis, illis, eorumque Præceptoribus, Prioribus, & Fratribus, ac Abbatibus Monasteriorum prædictorum, illorumque Monialibus, & respective personis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogationibus derogatoriis, aliisque efficacibus, & insolutis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis per prædictos, & quoscumque alios Romanos Pontifices similiter Prædecessores, motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, ac ex certis tunc expressis, etiam Consulto- rialiter propositis, & diligenter examinatis causis, concessis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialibus, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquilita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserta essent, præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse, ac latissime derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

ANNO 1741.
Sublatis aliter iudicandi facultate.
Derogationes
seculares & quæsto non tollendo, necnon prædictis Innocentii, Nicolai, & Sixti Prædecessorum nostrorum quoad præmissa dumtaxat, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Ordinis Hospitalarii Sancti Spiritus in Saxia, illiusque Præceptoriarum, Prioratum, & Conventuum, ac Monialium Monasteriorum in Hispaniarum, & Poloniæ Regnis prædictis existentium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia respectivo roboratis statutis, consuetudinibus, stabilimentis, usibus, naturis, erectionibus, & exemptionibus, privilegiis quoque, indulgentiis, & literis Apostolicis, illis, eorumque Præceptoribus, Prioribus, & Fratribus, ac Abbatibus Monasteriorum prædictorum, illorumque Monialibus, & respective personis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogationibus derogatoriis, aliisque efficacibus, & insolutis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis per prædictos, & quoscumque alios Romanos Pontifices similiter Prædecessores, motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, ac ex certis tunc expressis, etiam Consulto- rialiter propositis, & diligenter examinatis causis, concessis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialibus, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquilita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserta essent, præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse, ac latissime derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

D. Card. Passioneus.
X. Sub-Datarius.
VISA DE CURIA
N. Antonellus.
A. S. Siffi.
Loco + Plumbi.
Registrata in Secretaria Brevium.

BENEDICTI XIV.
ADMONITIO
Pont. A. I. XVI.
Ad Episcopos in Poloniæ Regno constitutos, ut cautius procedant in admittendis conjugiorum dissolutionibus.
Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis Regni Poloniæ.
BENEDICTUS PAPA XIV.
Venerabiles fratres, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Matrimonii perpetuum indissolubileque nexum, cuius firmitatem ab Adamo tanto antè pronuntiatam Christus Dominus, & his verbis, *quod Deus conjunxit, homo non separet*, confirmare, & Evangelica gratia, unde magnum in Ecclesiæ Sacramentum est, augere dignatus fuit, tanta facilitate, perinde ac si neque lege nature, neque Divino Jure, neque Evangelicis præceptis, & Canonicis Sanctionibus iniunctum esset Connubium, in aliquot Catholicis Orbis partibus, & atque in illo præsertim florentissimo Poloniæ Regno in dies dissolvit audientes; neque lacrymis, neque verbis explicare postsumus allatam inde Nobis incredibilem sollicitudinem, conceptamque in Pontificio animo. Nostro ingentem molestim. Etsi autem plurimum dolentes, facile adducimur, ut credamus huiusmodi dissolvendorum conjugiorum licentiam, propter quam, non sine gravi bonorum offensione, siue vir unus, siue mulier una pluribus vicissim adhuc viventibus sibi antea copulatis conjugibus, tertium, aut quartum matrimonium contrahere cernitur a nimia Curiarum vestrarum libertate, quemadmodum alibi evenire accepimus, ortum ducere; tamen facere non possumus, quin iustissimas ad vos, Venerabiles Fratres, querelas nostras detramus; atque infensam tantæ licentiæ refrandam, & intra præscriptos a Catholica Ecclesia fines coercendam, salutare Leges modumque meditemur.

§ 1. Ad Sacerdotalem igitur virtutem vestram, vestrumque præ Ecclesiastica disciplina zelum, magnamque Pontifici animi fiducia, pastores curas confidemus, ut inde opportunum huic malo ab inclita Poloniæ Natione averteundo propulsandoque, & abstergendo nomini vestro iustè nota, subsidium interea repetamus. Eapropter Fraternitatem Vestram in Domino rogamus, & hortamur, ut memores rationum Cælesti Catholice Ecclesiæ Sponso Jesu Christo Judici reddendarum, Apostolicis vobis Nostris obtemperantes, ministerium vestrum ea, qua decet, vigilantia adimplere satagatis. Ac, dum pares muneri, pietati, & religioni vestræ de hinc rebus successus præstetimus, Fraternitatem Vestram Apostolicam benedictionem peramanter impertimur.

§ 2. Volumus autem, ut eorundem præsentium literarum transcriptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides habeatur, quæ habere ipsi præsentibus, si forent exhibitæ, vel offensæ, Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Anno Piscatoris die undecima mensis Aprilis millesimo septingentesimo quadragésimo primo, Pontificatus nostri Anno I.
D. Card. Passioneus.

BEATIFICATIO XVII.
Beati Alexandri Saulii, ex Clericis Sæcularibus Sancti Pauli Barnabitis nuncupatis, primum Aleria, deinde Papiæ Episcopi.
BENEDICTUS PAPA XIV.
Ad perpetuam rei memoriam.
Benignitatem Dei nostri, & divitiarum bonitatis eius in Servi Dei Alexandri Saulii, primum Aleria, deinde Papiæ Antistitis virtutibus, ac meritis, extollere, & prædicare, non religionis modo debitum esse ducimus officium, sed nihil etiam intelligimus in hac temporum conditione esse opportunius, eam, ut universis Christianidelibus, & animarum maxime Paſtoribus, uberiora suppetant ad imitationem exempla, atque in ejusdem patrocini-

PONT. A. I. XVII.
BULLARIUM.
ANNO 1740.
Beati viti Fridini.
Et supplicationes a Prætoribus & Principibus petre.
Beati nomen ri Dux, & Republica Januensis renouant.)
Nobis supradictæ Congregationis consilio, & assensu, auctoritate Apostolica, tenore præsentium indulgemus, ut idem Dei Servus Alexander Saulius in posterum Beati nomine nuncupetur, ejusque Corpus, & Reliquiæ venerationi Fide- lium (non tamen in processionibus circumferendæ) exponantur, Imagines quoque Radiis, seu Splendoribus exornentur, ac de eo quotannis die xxiii. mensis Aprilis recitetur Officium, cum Oratio a Nobis approbata juxta Rubricas Breviaris, & Missalis Romani. Porro recitationem Officii & Missæ celebrationem huiusmodi fieri concedimus dumtaxat in universa Congregatione eorumdem Clericorum Regularium S. Pauli Barnabitarum, in Civitate Mediolanensi, ubi natus, & Regularem emisit professionem, in Diocæsi, tam Aleriana, quam Ticinensi, quibus Episcopus præfuit, & in Civitate Januensi, unde originem duxit, & ubi adhuc ejus Nobilis Gens, & Familia perstat, ab omnibus utriusque sexus Christianidelibus, tam Sæcularibus, quam Regularibus, qui ad horas Canonicas tenentur, & quantum ad Missas attinet, etiam ab omnibus Sacerdotibus ad Ecclesias, in quibus festum peragitur, consentibus.

§ 3. Prætere primo dumtaxat anno, a datis hisce

ANNO 1740.
Nec non celebratio solemnium Beatificationis ipsius Servi Dei, cum Officio, & Missa sub ritu duplici majori, die ab Ordinariis respective constituta, postquam in Basilica nostra S. Petri in Vaticano de Urbe celebrata fuerint eadem solemnium ipsa die xxiii. currentis Mensis Aprilis, pariter celebrandi facimus potestatem.

§ 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac decretis de non cultu editis, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut eorundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu Secretarii dicte Congregationis Cardinalium subscriptis, & sigillo Præfecti ejusdem Congregationis munitis, eadem prorsus fides ab omnibus, & ubique tam in iudicio, quam extra illud habeatur, quæ ipsi præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel offensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Anno Piscatoris die XXIII. Aprilis MDCCXXI. Pontificatus Nostri Anno I.
D. Cardinalis Passioneus.

APPROBANTUR.
Decreta a Congregatione Cæremoniali particulari edita pro Archiepiscopis, five Episcopis, & Præfidiis, & Gubernatoribus, ac Vice-Legatis per Ditionem Ecclesiasticam constitutis.
BENEDICTUS PAPA XIV.
Ad perpetuam rei memoriam.
QUOD Apostolus universis Christianidelibus consuebat, ut inter cætera Officia sibi pariter exhibenda, honore etiam sese invicem prævenirent, & honorem tantquam debitis, cui deferendus esset honor, redderent; id maxime ad Antistites, & Præfulibus vicissim inter sese, in mutua tam civilium, quam sacrorum Officiorum exhibitione, præstandum esse intelligentes Romani Pontifices Prædecessores Nostri, per Cæremoniales Episcoporum, juxta uniuscujusque Ordinis, gradus, & dignitatis conditionem, Leges, & Statuta, quibus integerrime servatis, & unicuique ratio haberetur, & nemini inferretur præjudicium, sapientissime præscriperunt.

§ 1. Quoniam autem quosdam abusus in honoribus sibi invicem deferendis inter Venerabiles Fratres Archiepiscopos, & Episcopos ex una, & inter Dilectos Filios Provinciarum Status nostri Ecclesiastici Præfides, Gubernatores, Prælatos, & Apostolicos Vice-Legatos ex altera parte, quocumque pacto, ac tempore etiam immemorabili irrepsisse jam dudum, ac etiam dum in minoribus essemus, noveramus, ut eosdem penitus adimeremus, ne ullus unquam in posterum querelis, ac dissidiis infer utroque forsan oboriens pateat aditus, nonnulli ex Venerabilibus Fratribus Nostri S. R. E. Cardinalibus, qui Congregationibus Sacrorum Rituum, & Cæremoniarum propositi sunt, negotium dedimus, ut Leges, & Instituta Cæremonialia pro corrigendis, & auferendis iisdem abusus opportuna, & salutaria conderent.

§ 2. Huiusmodi vero Leges, & Instituta Cæremonialia ab iisdem Cardinalibus præscripta, & Nobis inspecta cum probafemus, quo firmissis substantiant, & serventur exactis, tenore præsentium Apostolica auctoritate approbamus, & confirmamus, atque ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & in futurum spectabit, persequi, & adstrictè observanda esse statuimus, præcipimus, & mandamus.

§ 3. Decernentes eadem præsentibus Literas semper firmas, validas, & efficaces existeret, & fore, suosque plenas, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quando cumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari. Sicque in præmissis pro quocumque Judicialibus Ordinariis, & Delegatis etiam Cæsarium Palatii Apostolici Auditores, iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quocumque auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: Non obstantibus quibuscumque in contrarium præmissorum quomodolibet facientibus.

§ 4. Volumus autem, ut eorundem præsentium literarum transcriptis, seu exemplis, etiam impressis, manu Secretarii dicte Congregationis Cardinalium subscriptis, & sigillo Præfecti ejusdem Congregationis munitis, eadem prorsus fides ab omnibus, & ubique tam in iudicio, quam extra illud habeatur, quæ ipsi præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel offensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Anno Piscatoris die XXIII. Aprilis MDCCXXI. Pontificatus Nostri Anno I.
D. Cardinalis Passioneus.

Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis...

D. Card. Passioneus. Decreta ipsa dantur infra in Appendice.

PROVIDETUR.

XIX.

Abusus adversus Jejunii Quadragesimalis observantiam in vestis.

Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Primitibus, Metropolitanis, Archiepiscopis, & Episcopis universis, gratiam, & communionem Sedis Apostolicae habentibus.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

NON ambigimus, Venerabiles Fratres, quin universis Catholicis Religionis Cultoribus notum sit...

Ab hoc vero infra inhaerentique in omnium Catholicorum hominum animis de sacratissima Quadragesima...

Excitantur Episcopi ad eas evellendas...

dium excitemus, & ad congruentes hujusmodi abusibus penitus extirpandis leges praescribendas meditemur.

§. 3. Debitum igitur paternae unicuique vestrum sollicitudinis, & caritatis officium jure postulat...

§. 4. Gravissimam vero urgentemque necessitatem esse non est cur vobis explicemus...

§. 5. Porro quemadmodum de ejusmodi indulgentia tam caute impertienda, si fecus seret, Nos persuasum habemus...

§. 6. Volumus autem, ut praesentium transumptis, sive exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis...

INNOVANTUR.

Poenae adversus Confessarios, qui poenitentes ad turpia sollicitant...

BENEDICTUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

SACRAMENTUM Poenitentiae, quam secundam, post naufragium deperditis gratiae, tabulam Sancti Sacramenti.

PONT. A. I.

Patres apte nuncupantur, Nos licet immerentes ad universi Domini Gregis curam superna dispositione vocati...

Constitutio Gregor. XV. contra Confessarios sollicitos...

Declarationes Congregationis Sancti Officii.

Proposiciones in hac materia ab Alexandro VII.

Pradicta omnia confirmantur, & innovantur.

Cum praecipuo inquisitoris, Ordinis, & Officii...

Excitantur Episcopi ad eas evellendas...

Excitantur Episcopi ad eas evellendas...

Excitantur Episcopi ad eas evellendas...

dammodo praesumptiones, indicia, & alia adminicula concurrant.

§. 2. Meminerint praeterea omnes, & singuli Sacerdotes ad Confessiones audiendas constituti...

§. 3. Et quoniam improbi quidam homines reperitur, qui vel odio, vel ira, vel alia indigna causa commoti...

§. 4. Demum magnopere cupientes a Sacerdotali Judicii, & Sacri Tribunalis sanctitate omnem turpitudinis occasionem...

Admitti Sacerdotibus facultatem excipienda Complicis in peccato turpi, extra casum extremae necessitatis.

Excitantur Episcopi ad eas evellendas...

ANNO 1741. Confessarii in jugane Poenitentibus ab aliis sollicitatis, & sollicitantibus decernunt.

Denegando absolventi, nisi parerent, aut parere promiserint.

Calumniatores extra mortis articulum prius benedicti absolventi, qui Summo Pontifici redituuntur.

Providentia Pontificis exterius aditur.

Admitti Sacerdotibus facultatem excipienda Complicis in peccato turpi, extra casum extremae necessitatis.

Sub poena nullitatis absolute solutionis.

Et excommunicatio in ipso facto incurritur, & Summo Pontifici re servatur.

Eidem tempore Jubilaei, & etiam Bullae, quae appellatur Cruciatæ Sanctæ, aut alterius ejusmodi.

ANNO 1741.

Cujuslibet Indulti, Confectionem dicti complicitis hujusmodi...

Cum derogationibus necessariis, & opportunis.

Diffinitio prefentium Confectionis Inculcanda.

Parandum ad celebrationem in Urbe...

Indulg.

Die die Jun. 1741.

Locorum Ordinarii, tam presentes, quam futuri pro tempore existentes...

§. 6. Volumus demum, ac precipimus, ut omnes Locorum Ordinarii...

§. 7. Ut autem presentes Literæ ad omnium notitiam facilis deveniant...

§. 8. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostræ voluntatis sanctionis...

Pro D. Card. Passoneo. Cajetanus Amatus.

VISA DE CURIA. N. Antonellus. J. B. Eugenius.

Loco + Plumbi. Registrata in Secretaria Brevium.

MONIALIBUS

In Portugallia, & Algarbiorum Monasteriis rigorosam Clausuram...

Venerabilibus Fratribus, Antistitibus Regnorum Portugallia, & Algarbiorum.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles fratres, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

CUM Sacrarum Virginum, que se Christo intra claustra dicaverunt, & tam carne, quam mente...

§. 1. Quoniam autem, sicut accepimus, quamplurimæ Moniales...

§. 2. Hinc est, quod Nos, non quod, humilitatis nostræ admodum conscii, aliquid ad censuram licentiæ vindicemus...

PONT. A. I.

Exortum ad cura ferventiarum Virginitatem Deo...

Abusus inter Moniales Regnum Portugallia, & Algarbia, quoad exitum extra claustra...

Precipiens Ordinaris earum promissa ad Clausuram revocatio, sub penis contra violantiam, ipsi facti incurrerent.

BULLARIUM.

ANNO 1741.

Adhortatio ad coedem pro presertium exortione. PONT. A. I. xione, ad proprium Monasterium, in quo regularem Professionem emiserunt...

§. 3. Ceterum, Venerabiles Fratres, rogamus Vos, & in Domino hortamur, ut pro extimia pietate vestra...

§. 4. Eapropter Vos, Venerabiles Fratres, in Apostolici Ministerii, & sollicitudinis Nostræ partem adscitiss...

Die die Junii 1741.

XXII.

MERCIMONIA

Super eleemosynis Missarum vetantur, sub pœna Censurarum, quarum absolutio Summo Pontifici reservatur.

Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Primatibus, Metropolitanis, Archiepiscopis, & Episcopis universis, gratiam, & communionem Sedis Apostolicæ habentibus.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Q uanta cura adhibenda sit, ut Sacrosanctum Missæ Sacrificium non solum omni Religiosis cultu ac veneratione celebretur...

§. 1. Verum couque tandem progressa est, sicut non sine ingenti cordis nostri merore undique accepimus, nonnullorum, sive Ecclesiasticorum, sive Laicorum Virorum avaritia...

uniuscujusque Sacerdotis duntaxat, pro regionum opportunitatibus præscripta, colligant; Missas vero celebrarent alibi, ubi eleemosynæ...

§. 2. Id quam absonum sit, atque alienum ab ipsa, five expressa, five tacita pie offerentium voluntate, omnes plane intelligunt...

§. 3. Execrabilem hujusmodi abusum alicubi sensim irreptem detestantes Romani Pontifices Prædecessores Nostris, de consilio tum Congregationis S. R. E. Cardinalium...

§. 4. Eapropter Vos, Venerabiles Fratres, in Apostolici Ministerii, & sollicitudinis Nostræ partem adscitiss, rogamus, & maximo in Domino hortamur, ut custodientes vigilias super gregibus vestris...

§. 5. Quoniam autem ita comparatum est, ut præsentis pœnæ metu salutaribus monitis facilis obtemperetur; per Edictum in vestris Diocesis proponendum assignandumque, universis notum facite, quemcumque, qui eleemosynas, seu stipendia majoris pretii pro Missis celebrandis, quemadmodum locorum consuetudines, vel Synodalia Statuta exigunt, colligens, Missas, retenta sibi parte earumdem eleemosynarum, seu stipendiorum acceptorum...

Quibus frustratorem voluntatis.

Idem alias Summis Pontificibus damnati.

Adhortatio ad Episcopos pro extirpanda avaritia libe.

Injuncturæ publicatio Edictorum contra illicitos quatuor.

Cum pœna excommunicationis a Laicis, & suspensionis ab ipso facti incurrerent Summi Pontifici reservatæ.

JURISDICTIONE

ANNO 1741. In Egyptios aliosque Ritus Coptici ad Ecclesiam Catholicam convertos...

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Quemadmodum ingenti letitia exultat cor nostrum, cum ad veram Catholicam Fidei, & Sanctae Romanae Ecclesiae...

§. 1. Cum itaque quamplurimi Ritus Coptici Fideles, tam saeculares, quam Ecclesiastici...

§. 2. Eapropter de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Propagandae Fidei...

§. 3. Jurisdictionem vero super iidem Christianidelibus a Te exerceri volumus, & mandamus cum iis omnibus facultatibus...

§. 4. Enitere igitur, Venerabilis Frater Sacerdotale ministerium tuum ea, qua decet, sollicitudine, pietate, fortitudine, caritate, & orthodoxae Fidei zelo adimplere...

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Grave, & permoestum Nobis accidit compertum habere, nonnullos Hiberniae Episcopos adeo mu-

neris sui, & animarum curae sibi commissarum esse obli- tos, ut alter, ex quo jam pridem Episcopale regimen susceperit...

§. 1. Non est autem, cur Nos in praesens novas leges, aut penas, ad exercendam ejusmodi licentiam statuamus...

§. 2. Neque vero opus esse censuimus, viros doctos, & sacrarum literarum apprime callentes, quales Vos estis...

§. 3. Nos itaque haec omnia non sine lacrymis considerantes, hortamur Vos, & per amantissima Jesu Christi viscera...

§. 4. Nos itaque haec omnia non sine lacrymis considerantes, hortamur Vos, & per amantissima Jesu Christi viscera...

PONT. A. I. gentiam Episcoporum...

De S. Matthea Archiepiscopo Armachano.

De S. Laurentio Archiepiscopo Dublinensi.

De aliis Sacerdotibus Hiberniae.

Quae sit residentia materialis, & formalis.

Materiae Episcopalis gravitas, & periculum.

Adhortatio ad Episcopos per exempla Praedecessorum.

BULLARIUM.

pleni, & de animarum salute, ultra quam dici possit, solliciti, Hiberniam Catholicae fidei zelo illustrarunt...

§. 4. Memoria recolite Sanctorum Patrum, Hiberniae Apostolorum nuncupatum, quem Sanctus Caelestinus Praedecessor Noster ad Vos misit...

§. 5. Recolite Sanctum Malachiam Archiepiscopum Armachanum, & Legatum Apostolicum per universam Hiberniam...

§. 6. Sed & sinceriora percurrite S. Laurentii Archiepiscopi Dublinensis acta, quem Regio sanguine ortum, Legatum Apostolicum in Hiberniam Alexander III. Praedecessor Noster Concilio Lateranensi III. legit...

§. 7. Quod si recensere volerimus Sanctissimos Viros, Columbanum, Kilianum, Virgilium, Rumoldum, Gallum, aliosque plures, qui ex Hibernia in alias Provincias Catholicam fidem invexerunt...

§. 8. Consideramus autem plurimum, ut Vos, non tantam paternae hujus admonitionis officio, quam conscientiae vestrae stimulis excitati, in Diocesis vestris in posterum resideatis, & gravissimum pascendi oves debuit serio, accurateque persolvatis...

§. 9. Consideramus autem plurimum, ut Vos, non tantam paternae hujus admonitionis officio, quam conscientiae vestrae stimulis excitati, in Diocesis vestris in posterum resideatis, & gravissimum pascendi oves debuit serio, accurateque persolvatis...

DECLARATUR.

Unicam comestionem diebus Jejunii ab omnibus servandam esse, etiam ab iis, quibus ob peculiare causas permittitur eius carnis, ovorum &c.

Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Primatibus, Metropolitanis, Archiepiscopis, & Episcopis universis, gratiam, & communionem Sedis Apostolicae habentibus.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

IN summa Universalis Ecclesiae procuratore, merito licet impariter, per ineffabilem Divinae bonitatis abundantiam, ut Orthodoxae Fidei assertores, sic etiam Ecclesiasticae disciplinae custodes, ac vindices constituti, Quadragesimale praesertim Jejunium, quod inter praecipua orthodoxae disciplinae capita semper, &

ubique ad ipso Ecclesiae exordio numeratum esse nemo ex Catholicis inficiatur, ab hodierna Jejunantium corruptela vindicare, & in pristinam, quantum benedecente Domino, fieri possit, observantiam revocare cupientes...

§. 1. Hinc factum esse accepimus, quod defuerit, qui per humanas, & hominibus a Christiana penitentia abhorrentibus dumtaxat dignas illusiones, sibi aliisque persuadent, unicam potissimum Comestionem servari, atque Epulas licitas, & interdictas minime apponi debere...

§. 2. Quam sane persuasionem a sententia nostra alienam ut ex omnium animis penitus eyclamam, Nos quibuscumque, quacumque occasione, sive multitudini indiscriminatum ob urgentem gravissimam necessitatem, sive singulis ob legitimam causam, & de utriusque Medici consilio, dummodo nulla certa, & periculosa affectus valetudinis ratio intercedat, & aliter fieri necessario exigat, in Quadragesimae, aliusque anni Temporibus, & diebus, quibus carnis, ovorum, & lactinorum usus esse prohibitus, dispensari contigerit, ab omnibus omnino, nemine excepto, unicam Comestionem servandam, & licitas, atque interdictas minime esse apponendas, tenore praesentium declaramus, & edicimus...

§. 3. Eapropter Fraternitates Vestras rogamus, atque in Domino obsecramus, ut populos vestre curae commissos ad tam opportunum sanandis vulneribus, quibus per humanam infirmitatem quique sauciatur, sanctissimi Jejunii remedium alacriter adhibendum cohortantes, sedulo, ac paterne moneatis, rem agi non quidem exiguum, sed longe gravissimum, de observando, sustinendoque Jejunio purificandis animis corporibusque salutari. In spem igitur illos erigite caelestium praemiorum, quibus assequendis non sunt condignae passiones hujus temporis; imo leve, ac momentaneum non tribulationis, sed modicae abstinentiae nostrae incommodum, magnum gloriae pondus operatur in Caelis. Ab omnibus se abstinere, qui in agone contendunt, ut corruptibilem coronam accipiant; pudeat tam imbelles, ac delicatos Christianae militiae milites, restigentes a consorcio Crucis Christi, qui coronam legitime certantibus propositam sperare praecipit incorruptam; ad cuius auspiciam, & pignus, Fraternitatis Vestris Apostolicam Benedictionem, iidem etiam Populi vestris Nostro nomine impertiendam, permantelargimur.

§. 4. Volumus autem, ut praesentium transumptis, five exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus ubique fides adhibeatur, quae praesentibus adhibetur, & adhiberi possit, si forent exhibitae, vel ostense.

§. 5. Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die vigesima secunda mensis Augusti anno millesimo septingentesimo quadragesimo primo, Pontificatus Nostri Anno II.

D. Cardinalis Passioneus.